



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



***EULALIA***

***European Latin Linguistic Assessment***

***Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)***

***(2019-1-IT02-KA203-062286)***

***<https://site.unibo.it/eulalia/en>***

***O2 European Latin Language Certification – Basic Level***

***Multimedia Practical Tools***

***TESTS***

***(Italian Version: 31.01.2022)***

***Project Coordinator:***

***Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)***

***Project Partners:***

***University of Köln (Germany)***

***Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)***

***University of Rouen (France)***

***University of Salamanca (Spain)***

***University of Uppsala (Sweden)***



*The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.*

**Livello A: tempo di esecuzione 90 minuti, senza dizionario. Ogni risposta vale un punto; VALUTAZIONE:**

**A1: 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.**

**A2: 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)**

Pars prior. Lysander

Lysander Laecedemonius Athenienses bello Peloponnesiaco vicit, sed postea ita se gessit ut tota Graecia Lacedaemonios in odio habēret. Atheniensium imperium fregit et omnes civitates in sua potestate habuit. Athenis et ceteris civitatibus decem homines imposuit qui ipsius amici erant.



1

Foto, fonte:

[https://commons.wikimedia.org/wiki/File:Mappa\\_Guerra\\_del\\_Peloponneso\\_431\\_AC\\_It.svg](https://commons.wikimedia.org/wiki/File:Mappa_Guerra_del_Peloponneso_431_AC_It.svg) (lic. CC-BY-SA-3.0)

1. Lysander Lacedaemonius magnam reliquit **sui** famam, magis fortuna **quam** virtute ortam.
2. Athenienses enim in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bellum gerentes confecisse<sup>1</sup> apparet<sup>2</sup>.
3. (...) Non enim virtute sui exercitus, sed immodestia<sup>3</sup> factum est hostium, qui, quod dicto audientes imperatoribus suis non erant, dispalati<sup>4</sup> in agris, relictis navibus, in hostium venērunt potestatem.
4. **Quo** facto Athenienses **se** Lacedaemoniis dedērunt. Hac victoria Lysander sublatus, (...) sic sibi indulsit<sup>5</sup>, **ut** eius opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii pervenērunt. Nam **cum** hanc causam Lacedaemonii dictitassent<sup>6</sup> sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringērent<sup>7</sup>, postquam apud Aegos flumen Lysander classis hostium est potitus<sup>8</sup>, nihil aliud molitus est quam ut<sup>9</sup> omnes civitates in sua teneret potestate, cum id se Lacedaemoniorum causa facere dicēret. Namque eis, qui Atheniensium rebus studuissent<sup>10</sup>, eiectis<sup>11</sup>, decem legērat in **unaquaque** civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committēret<sup>12</sup>.
12. Horum in numerum nemo mittebatur, nisi qui aut eius hospitio contineretur<sup>13</sup> aut se **illius** fore proprium<sup>14</sup> fide confirmaret<sup>15</sup>.

<sup>1</sup> Confēcisse = finem fecisse

<sup>2</sup> Apparet = certum est

<sup>3</sup> Immodestia, -ae, f. = mores praeter modum

<sup>4</sup> Dispalati = errantes

<sup>5</sup> Sibi indulsit = imperium servare voluit

<sup>6</sup> Dictitassent = saepe dixissent

<sup>7</sup> Impotentem dominationem refringērent = saevum imperium frangērent

<sup>8</sup> Classis hostium est potitus = classem hostium cēpit

<sup>9</sup> Nihil aliud molitus est quam ut = effēcit ut

<sup>10</sup> Atheniensium rebus studuissent (studeo, -es, -ui, -, -ēre) = Atheniensium res egissent

<sup>11</sup> Eiectis (Eicio, -is, -iēci, iectum, -ēre) = sublatis

<sup>12</sup> Committēret = daret

<sup>13</sup> Eius hospitio contineretur = eius amicus esset

<sup>14</sup> Se illius fore proprium = se in illius potestate futurum esse

<sup>15</sup> Confirmaret = ostendēret

1. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il numero del termine mancante.  
Attenzione: le parole sono in numero superiore a quelle necessarie (8 punti)

Lysandro magis fortuna quam \_\_\_\_\_ fuit. Is enim vicit Athenienses bello Peloponnesiaco post quinque et viginti annos, non suorum militum virtute sed quia hostes sine \_\_\_\_\_ se gessērunt. Athenienses enim non audivērunt duces suos, naves reliquērunt et, dum in agros \_\_\_\_\_, in Lacedaemoniorum potestatem venērunt. Lacedaemonii sustulērunt Lysandrum post eam victoriam, sed is modum non \_\_\_\_\_ et ideo omnes Graeci Lysandrum et \_\_\_\_\_ populum odērunt. Nam Spartani semper dicebant se Athenienses petiisse ut eorum imperium \_\_\_\_\_, sed Lysander, postquam hostium vires apud Aegos flumen fregērāt, dicebat se Lacedaemoniorum \_\_\_\_\_ omnes urbes in sua potestate habēre. Ab Athenis eiecti sunt qui rei publicae studebant, et Lysander dedit omnem potestatem decem \_\_\_\_\_ qui in ipsius numero amicorum erant et numquam fidem suam mutaturi erant.

2

1.Suum	5.Erravērunt	9.Nomine	13.Errant
2.Ratione	6.Cadēret	10.Virtutis	14.Viris
3.Viros	7.Armis	11.Eius	15.Nomen
4.Servavit	8.Fregit	12.Capiat	16. Virtus

2. Scegli vero o falso (7 punti)

1. Virtus exercitus Lacedaemoniorum effēcit ut Athenienses bello Peloponnesiaco vincerentur	V	F
2. Athenienses arma tradidērunt postquam in hostium manus cecidērunt	V	F
3. Athenienses Lacedaemonios odērunt, quia Lysander male se gessērāt	V	F
4. Lacedaemoniorum classis apud Aegos flumen victa est	V	F
5. Lysander post novissimam victoriam omnes populos, qui Atheniensium socii erant, in suis manibus habebat	V	F
6. Lysander omnia fecit quia Lacedaemonii ei sic imperavērunt	V	F
7. In singulis civitatibus decem viri Lysandri nomine summum imperium gerebant	V	F

3. Scegli la risposta corretta e scrivi la lettera corrispondente nella tabella sottostante (5 punti)

1. Cur Lysander clarus fuit?
  - a. Quia exercitui eius magna virtus erat
  - b. Quia ei magna fortuna fuit
  - c. Quia paucis mensibus Athenienses vicit
  - d. Quia eius exercitus praeter modum egit
2. Cur hostes in Lacedaemoniorum manus cecidērunt?
  - a. Quia hostes ducum suorum imperia non audivērunt
  - b. Quia hostes in naves salutem petiērunt
  - c. Quia hostes minus fortes quam Lacedaemonii erant
  - d. Quia Lacedaemonii hostium naves fregērunt
3. Cur Athenienses Lacedaemonios odērunt?
  - a. Quia Lacedaemonii eorum imperium fregērunt
  - b. Quia Athenienses servi a Lacedaemoniis facti sunt
  - c. Quia Athenienses a Lacedaemoniis victi sunt
  - d. Quia Lysander sibi indulisit et scelera contra Athenienses fecit
4. Quid dicebant Lacedaemonii de belli Peloponnesiaci causa?
  - a. Dicebant se velle omnes Athenienses mori

- b. Dicebant Athenienses Lysandrum ad pugnam coegisse
  - c. Dicebant se Athenarum imperium frangere velle
  - d. Dicebant Athenienses primos Spartanos petere
5. Quid fit post victoriam apud Aegos flumen?
- a. Lysander omnes Athenienses victos interfecit
  - b. Lysander Athenas cum exercitu suo petiit
  - c. Lysander Spartam in sua potestate habuit
  - d. Athenienses et eius socii in Lysandri potestatem venerunt

1.	2.	3.	4.	5.

4. Scegli la risposta corretta e scrivi la lettera corrispondente nella tabella sottostante (8 punti)

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. R. 1. <b>Sui</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Pronome genitivo singolare</li> <li>b. Pronome nominativo plurale</li> <li>c. Aggettivo nominativo plurale</li> <li>d. Aggettivo genitivo singolare</li> </ul> <p>2. R. 1. <b>Quam</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Pronome relativo</li> <li>b. Aggettivo indefinito</li> <li>c. Aggettivo interrogativo</li> <li>d. Avverbio che introduce il secondo termine di paragone</li> </ul> <p>3. R. 5. <b>Quo</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Nesso relativo</li> <li>b. Avverbio relativo</li> <li>c. Pronome interrogativo</li> <li>d. Avverbio interrogativo</li> </ul> <p>4. R. 5. <b>Se</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Accusativo singolare</li> <li>b. Ablativo singolare</li> <li>c. Accusativo plurale</li> <li>d. Ablativo plurale</li> </ul> | <p>5. R. 6. <b>Ut</b> introduce:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Una temporale</li> <li>b. Una finale</li> <li>c. Una completiva</li> <li>d. Una consecutiva</li> </ul> <p>6. R. 6. <b>Cum</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Una congiunzione subordinante con l'indicativo</li> <li>b. Una congiunzione subordinante con il congiuntivo</li> <li>c. Una preposizione</li> <li>d. Una congiunzione coordinante</li> </ul> <p>7. R. 11. <b>Unaqueque</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Un indefinito</li> <li>b. Un relativo indefinito</li> <li>c. Un interrogativo</li> <li>d. Un dimostrativo</li> </ul> <p>8. R. 12. <b>Illius</b> è riferito a:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. <i>Hospitium</i></li> <li>b. <i>Nemo</i></li> <li>c. <i>Lysander</i></li> <li>d. <i>Numerus</i></li> </ul> |
|---|--|

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.

5. Trasforma le frasi sottolineate secondo quanto proposto (4 punti)

- A. R. 2. Athenienses enim in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bellum gerentes confecisse apparet  
 Athenienses dum enim in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bellum \_\_\_\_\_ confecisse apparet
- B. R. 4. Relictis navibus, in hostium venerunt potestatem  
 Cum naves \_\_\_\_\_, in hostium venerunt potestatem (**cum narrativo**)
- C. R. 9. Ut [Lysander] omnes civitates in sua teneret potestate (**si volga al passivo**)  
 Ut [a Lysandro] omnes civitates in eius [= Lysandri] \_\_\_\_\_ potestate

- D. R. 9-10. Ut omnes civitates in sua teneret potestate, cum (...) dicēret  
Ut omnes civitates in sua teneret potestate, quamquam (...) \_\_\_\_\_

Pars altera. Lysander

Quia Lacedaemonii sustulērunt decem viros, qui ab eo lecti erant, Lysander voluit regis potestatem tollēre et de eo consilio deorum sententiam rogare. Sed id facere non potuit, contra in iudicium vocatus est quia mala fide egērat. Tandem apud Haliartum interfectus est. In Lysandri domo post eius mortem oratio falsa reperta est, in qua scriptum erat Lacedaemoniis deorum sententia regum potestatem tollendam esse.

4

1.	Itaque hi (= Lacedaemonii) decemviralem <sup>16</sup> illam potestatem <u>ab illo constitutam</u> sustulērunt. Quo
2.	dolore accepto iniit consilia <sup>17</sup> reges Lacedaemoniorum tollēre. Sed sentiebat id se sine ope deorum
3.	facēre non posse, <u>quod Lacedaemonii omnia ad oracula<sup>18</sup> referebant</u> . Primum Delphicum
4.	(oraculum) corrumpere <sup>19</sup> est conatus <sup>20</sup> . <u>Cum id non potuisset</u> , Dodonam adortus est <sup>21</sup> . Hinc
5.	quoque pulsus dixit se vota suscepisse <sup>22</sup> , quae Iovi Hammoni solvēret, existimans se Afros facilius
6.	corrupturum (esse). Hac spe cum profectus esset <sup>23</sup> in Africam, multum eum sacerdotes <sup>24</sup> Iovis
7.	fefellērunt. Nam non solum corrumpi non potuērunt, sed etiam legatos Lacedaemonem misērunt,
8.	qui Lysandrum accusarent <sup>25</sup> , quod sacerdotes corrumpēre conatus esset. Accusatus hoc crimine
9.	iudicumque solutus sententiis, Orchomeniis <sup>26</sup> <u>missus auxilio</u> occisus est a Thebanis apud
10.	Haliartum. (...) Oratio post mortem in domo eius reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut
11.	regum potestate soluta ex omnibus dux legatur <u>ad bellum gerendum</u> , sed sic scripta, ut deorum
12.	videretur congruēre sententiae <sup>27</sup> , quam ille se habiturum pecuniā non dubitabat. <u>Hanc ei scripsisse</u>
13.	<u>Cleon Halicarnassius dicitur</u> .

<sup>16</sup> Decemviralem potestatem = decem virorum potestatem

<sup>17</sup> Inīit consilia = cēpit consilia

<sup>18</sup> Oraculum, i, n. = locus ubi deus de fato rogatur

<sup>19</sup> Corrumpo, -is, -rūpi, -ruptum, -ēre = pecuniā alicui suadēre ut aliquid faciat

<sup>20</sup> Conor, aris, atus sum, ari + inf = experiri ut +cong.

<sup>21</sup> Dodonam adortus est = expertus est deum qui in Dodona de fato rogatur

<sup>22</sup> Vota suscēpisse = vota fecisse

<sup>23</sup> Cum profectus esset = cum ivisset

<sup>24</sup> Sacerdos, -otis, m. f. = qui/quae sacra facit

<sup>25</sup> Accuso, -as, -avi, -atum, -are = in iudicium vocare

<sup>26</sup> Orchomenii, -orum, m. = qui Orchomeni in Boeotia vivunt

<sup>27</sup> Deorum videretur congruēre sententiae = Deorum videretur esse sententia

6. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il termine adeguato correttamente flesso (6 punti).

Lacedaemonii sustulērunt decem viros, qui in potestate Lysandri Athenas et eius socios habebant, ideo ille voluit Lacedaemoniorum rem publicam mutare. Necesse erat autem ut id videretur accidēre deorum sententiā. Delphos ivit ut oraculum \_\_\_\_\_ sed deus non respondit sicut is volebat neque Lysander oraculum corrumpere \_\_\_\_\_. Etiam ab oraculo apud Dodonam pulsus est, ergo ivit ad Iovis Hammonis templum quia \_\_\_\_\_ se facilius Afris sacerdotibus pecuniā suasurum esse. Tamen ibi quoque non modo non habuit quod cupiebat, sed etiam sacerdotes rettulērunt Lacedaemoniis quid is facere \_\_\_\_\_. Tandem Lacedaemonii eum ad Orchomenios misērunt et Lysander apud Haliartum interfectus est. Postquam mortuus erat, apud eum oratio falsa inventa est; cum eā, quae \_\_\_\_\_ deorum sententiā scribi, Lysander volebat Lacedaemoniis suadere ut regum potestatem tollērent et se duces \_\_\_\_\_ ad bellum gerendum.

Consulo, -is, consului, consultum, -ēre	Valeo, -es, -ui, -ēre
Lego, -is, legi, lectum, -ēre	Videor, -ēris, visus sum, -ēri
Spero, -as, -avi, -atum, -are	Volo, vis, volui, velle

7. Trasforma le frasi secondo quanto proposto (6 punti)
- A. R. 1. Illam potestatem ab illo constitutam sustulērunt  
 Illam potestatem quae ab illo \_\_\_\_\_ sustulērunt
- B. R. 3. Sed sentiebat id se sine ope deorum facere non posse, quod Lacedaemonii omnia ad oracula referebant  
 Sed sentiebat id se sine ope deorum facere non posse, cum Lacedaemonii omnia ad oracula \_\_\_\_\_
- C. R. 4. Cum id non potuisset, Dodonam adortus est  
 Quia id non \_\_\_\_\_, Dodonam adortus est
- D. R. 9. Orchomeniis missus auxilio occisus est  
 Orchomeniis postquam \_\_\_\_\_ auxilio occisus est
- E. R. 11. Dux legatur ad bellum gerendum  
 Dux legatur ut bellum \_\_\_\_\_
- F. R. 12-13. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnassius dicitur  
 \_\_\_\_\_ ei scripta esse a Cleone Halicarnassio dicitur